



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangilio Dominicæ. De surdo & muto. Mar. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

ii. hebd. Dominica XII. Post Trinitatem.

I. *De surdo & muto. Marc. 7.*

Ad ducent ad Iesum surdam & mutantem, eis deprecabantur eum, ut imponeat illi manum. Miserabilis fuit sollicitus surdi & muti, qui talis semper mansisset, nisi per alios misericorditer homines ad Christum adductus fuisset. At quanto miserabilior forsunt totius generis humani obsecratus, auribus & lingua spiritualiter capti, semperque fuisset, nisi per sanctorum Patrum & Angelorum suffragia, & potissimum per B. Virginis abundantissima desideria, acceleratio Adventus Messiae, à quo curaretur, impetrata fuisset! Similiter quanto quanto miserabilior est conditio cuiuscumque peccatoris, per proprium quodcumque grauius delictum surdi & muti redditi, ut nec diuinis inspirationes audire, nec concionatorum aliorumque priuilegia admonitiones capere, nec proprias conscientias stimulos sentire queant.

nec insuper os tam mentis, quam corporis ad laudes & gratias Deo personali uendas, ad peccata confitenda, ad colloquia pia miscenda, ad proximorum salutem procurandam aperire valeat: qui talis quoque semper maneret, nisi illi Sanctorum Patronorum, maximè Matri misericordiæ, & aliorum Dei seruorum, charitas subueniret. Grato humiliq; animo similem tibi gratiam agnoscere, eamque compensare, alioisque peccatores eiusdem participes efficere stude. Humilitas, gratitudo, zelus alios spiritualiter surdos & mutos ad Christum adducendi.

II. *Iesus apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi.*
Ephpheta. En, quèm solo nutu sanare poterat, quàm operosè, quot ritibus adhibitis curat! ad indicandam spiritalis animæ morbi, id est, peccati grauitatem, curationis difficultatem, & curandi rationem. Qui enim à peccato quoquis contracto vult liberari, opus est 1. Ut prauam societatem & relabendi occasionem fugiat. 2. Ut gratiā Spiritū sancti, qua diuinis inspirationibus possit obsequi, & quæ ad

sanitatem mentis necessaria sunt, assenti, obnoxè imploret. 3. Ut de culpis admissis doleat, earumque indulgentiam de cœlo expectet. 4. Ut per confessionem easdem expiat. 5. Ut sic expiatas iam sanatus bonis operibus fuerenter compensetur.

Quis hæc prompto hilariique animo præstare recuset, si, quanto labore peccatorum suorum curatio Christus terit, secum attentè perpendat Gratitudo seria pœnitentia.

III. *Et præcepit illis, ne cui dicerent quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, dicentes: Bene omnia facit, & iurados fecit audire, & mutos loqui.*

Quantus ille Christi amor intima humilitatis, quantus horror humanae laudis: quantus illorum è contra zelus gratias tanto benefactori referendi eius gloriam longè lateque propagandi! stude utrumque æmulari efferuentius, quod omnia quoque tecum benè hactenus fecisse Dominum cognoscis euidentius. Humilitas,

*gratitudo, zelus
gloriae Christi.*